BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 32v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Vox fremitus de ciuitate. Vox de tem
plo. Vox domini reddentis retribu
tionem inimicis suis. Antequam
parturiret peperit. Antequam ueniret
partus eius peperit masculum.
Quis unquam tale audiuit. et quis
uidet huic simile. Nunquid partu
riet terra in die una. aut parietur
gens simul. Quia parturiuit et pepe
rit syon filios suos. Nunquid ego
qui alios parere facio ipse non pariam
dicit dominus. Si ego qui genera
tionem alius tribuo sterilis ero dicit
dominus deus tuus. Letamini cum
iherusalem et exultate in ea omnes qui
diligitis eam. gaudete cum ea gau
dio uniuersi qui diligebatis eam.
ut et suggatis. et repleamini ab ubere
consolationis eius. et mulceatis et de
licus affluatis ab omnimoda gloria
eius. quia hec dicit dominus. Ecce
ego declinabo super eam quasi fluui
um pacis. et quasi torrentem inun
dantem gloriam gentium quam sug
getis. ab ubere portabimini et super ge
nua blandientur uobis. Quomodo
si cui mater blandiatur. ita ego con
solabor uos. et in iherusalem consolabi
mini. Videbitis et gaudebit cor uestrum
et ossa uestra quasi herba germinabunt
et cognoscent manus domini seruus
eius. et indignabitur inimicis suis.
Quia ecce dominus in igne ueni
et et quasi turbo quadrige eius red
dere in indignatione furorem suum.
et increpationem suam in flamma ignis
Quia in igne dominus diiudicabi
tur. et in gladio suo ad omnem carnem

et multiplicabuntur a domino inter
fecti. Qui sanctificabantur ac mun
dos se putabant in ortis post ianu
am intrinsecus qui comedebant car
nem suillam. et abhominationem. et
murem simul consumentur dicit domi
nus. Ego autem opera eorum. et cogi
tationes eorum uenio ut congregem
cum omnibus gentibus et linguis
et uenient et uidebunt gloriam meam
et ponam in eis signum. et mittam ex
eis qui saluati fuerint ad gentes in
mare. in affricam in lidiam tenentes
sagittam in ytaliam. et greciam ad in
sulas longe ad eos qui non audierunt
de me. et non uiderunt gloriam meam
et annunciabunt gloriam meam gen
tibus. Et adducent omnes fratres
uestros de cunctis gentibus domum
domini in equis. et in quadrigis. et in
lecticis. et in mulis. et in carrucis.
ad montem sanctum meum in ihe
rusalem dicit dominus. Quomodo
si inferant filii israel. munus in uase
mundo in domum domini. Et ass
umam ex eis sacerdotes et leuitas
dicit dominus. Quia sicut celi no
ui et terra noua que ego stare faciam
coram me dicit dominus. sic stabit
semen uestrum. et nomen uestrum
Et erit mensis ex mense. et sabbatum
ex sabbato. et ueniet omnis caro. ut
adoret coram facie dicit dominus.
Et egredientur electi. et uidebunt
cadauera uirorum qui preuaricati sunt
in me. Vermis eorum non morietur
et ignis eorum non extinguetur. et erunt
usque ad satietatem uisionis omni

carni.